Quelle:
Copyright:



"Ex istis verbis accipi potest et intelligi!" Alter qui rubricam habet: "Sermo in Septuage-
"sima in quo habetur de nupciis et jocis et
"ludis fieri solitis tempore carnis priviali",
inchoatur: "Tempus nunc instans comuni
"nomine appellatur!" Tertius inscribitur: "De
"ludo alee et taxillorum"; incipitque: "Con-
"fundatur sorcium distribucio &c. Hec ver-
"ba possunt intelligi de sortilegio lusorum."
Hos Sermones unius esse authoris palam est;
inter se namque cohaerent, et a librario nos-
tro in indice (folio omnium primo) Joanni
Gews adscribuntur. Sed Hieronymus Pe-
zius, ut videre est in Soec: I Univ: Vienn:
p: 161 eosdem tribuit Thomae de Hasel-
bach; num ad fidem codicis ms?.. nego-
tium, illud ex codicum authoritate eru-
endi, aliis relinquere cogor.

4. Fol: 133a–155a

Sermones de Corpore Xti &c.

Sermones duo de corpore Xti, et unus de
oratione in festo dedicationis ecclesiae
habitus, quem antecedunt quaestiones
de Annuntiatione B: V: Mariae. Primus in-
cipit: "In illo tempore abiit Jesus &c: Ex
"quo presens ewangelium"; alter: "Caro
"mea vere est cibus &c In textu hujus ewan-
"gelii; Tertius: "Karissimi licet hec vi-
"ta presentis seculi brevis sit!" Secun-
dus horum Sermonum est Nicol: Dinkels-
pühel; Vide Kropff: Bibl: Mellic: p: 177.
Reliqui, si non sunt Joañis Gews, certe
doctorem Viennensem habent authorem.